

guntur enim in aliquibus Monasteriis ll.: *In lectulo meo etc.*; demum quid in Officio s. *Alexii*, in quo quaedam Brev. assignant pro ll. 1. n.: *Beatus vir?* S. C. resp.: In utroque Officio nihil innovandum et servetur rubrica Brev. rom. dicendo lectiones de Script., nisi adsit concessio specialis pro recitatione aliarum lectionum. n. 4044 ad titul. XXV. dub. 2 die 5. Maji 1736.

Ad dubium: Juxta Rubricas Breviarii titulo XXVI. num. IX. Lectiones de Scriptura positae in Communi Sanctorum leguntur, quando aliquod Festum novem Lectionum occurrit in Quadragesima etc.; an (posito quod non assignentur in Proprio Sanctorum) semper sumendae sunt de Communi primo loco? et quatenus negative: an pro lubito sumantur in primo vel secundo loco? vel quandonam? signanter si Festum Sancti Raymundi de Pennafort transferatur in Quadragesimam, an Lectiones primi Nocturni dicendae sint: *Beatus vir*; an: *Justus si morte?* — S. C. resp.:

„Regula in casu desumatur ex Lectionibus III. Nocturni.“

Die 23. Maji 1835 n. 4746 ad 4.

Habetur in aliquibus Ecclesiis insignis reliquia Sancti alicujus, qui cum Socio est in corpore Breviarii et uterque habet festi simpl. ritum, veluti contingit in festo ss. Gerv. et Protasii, quorum duae lectiones vitam amborumque mortem enarrant. Dubitatur: An praedictae duae lectiones legendae sint in Officio dupl. illius, cujus reliquia habetur, vel sumendae sint de communi illius martyris, et de socio faciendae tantum sit commemoratio absque 9. l., eo quod I. cl. non sit praecipuum officium, de quo loquitur regula tabulae occurrence, si occurrat eadem die? S. C. resp.: Si in hoc casu lectiones disjungi commode possunt, legenda est illa de Sancto, cujus fit

Officium dupl. propt. reliquam insignem in 2. n., et haec erit 4. l., 5. et 6. sumendae sunt de communi, altera vero lectio poni poterit pro 9. l. in 3. n. tamquam de Sancto simpl., de quo fieri debet etiam commemoratio ad laudes; si vero non possunt commode disjungi, utroque ponenda est in 2. n. pro 4. et 5. l. et 6. legenda est de comm. et in hoc casu l. 9. pro festo simpl. repetenda non est, fieri tamen debet de eo commemoratio. Die 16. Junii 1677. in *Hispal.* ad 2.

18) De Scriptura occur.

Ad dubium: Juxta Rubricas Breviarii titulo XXVI. num. 6. resumenda sunt initia librorum Sacrae Scripturae, an id intelligendum est etiam de secunda ad Corinthios, de secunda Sancti Petri, de secunda et tertia Sancti Joannis? S. C. resp.:

„Affirmative.“

Die 23. Maji 1835 n. 4746 ad 5.

Vd.: *S. Pulcheria*; *Dominica quinta Octobr.*; *Dominicae Quadrages.*; *Initium Script.*

In una Santanderiensi ad Dub. 20. die 26. Januarii 1793 decretum fuit: Lectiones I. Nocturni in duplicibus et semiduplicibus, nisi expresse constet de concessione aliarum, ex Scriptura sumi debere utpote cohaerens Rubricae de Lectionibus; cumque praeter laudatam in ipso Dubio Festa, alia supersint, de quibus dubitatur, ut S. Agnetis, Agathae, Martini Ep. et Conf., Caeciliae, Clementis etc., quaeritur: utrum de his iudicium deferendum sit, quod ipsi Rubricae conformius videtur?

Et S. eadem C. rescribendum censuit ut infra:

„Legendas esse Lectiones de Scriptura occurrente, praeterquam in Festis

LEGILE.

(*Lectorile.*)

1) Ad cantandas Lectiones et Prophetias.

Vd.: *Minister de libro*; *Bugia Canon. in choro*; *Fulpium*; *Lectiones* (Cantor.); *Lectiones* (modus cantandi); *Lamentationes*.

Ad dubium: an in tribus ultimis diebus Off. hebdomadae s. ac in aliis Officiis infra annum, in quibus cantantur Prophetiae, debeant Dignitates et Canonici Lectiones et Prophetias in eodem loco canere, in quo canunt Cappellani? S. C. resp.: De Legili. n. 3551 ad 22 die 13. Mart. 1700.

Caeremoniarius, quoties ducit aliquem Canonicum ante pulpitem seu legile nudum, ubi cantare debet lectionem, gerat manibus parvam candelam (in nocte Nat. D.) *Caer. Ep.* I. II. c. XIV. n. 6.

Canonici Colleg. s. Antonini Placent. tempore divinorum Officiorum in Choro non tenentur ab eorum stallis descendere et una cum Beneficiatis dictae Ecclesiae canere ad Lectorile magnum situm in medio Chori, quidquid ibi canendum occurrit. n. 3848 ad 1 die 2. Julii 1712 et 13. Febr. 1714.

Ad dubium: an Canonici Colleg. s. Antonini Placent. teneantur, permanendo in eorum stallis et absque accessu ad Lectorile positum in medio chori, canere una cum aliis Beneficiatis in Matut., Vesp. et Missis convent. ac sol. resp.: *Invitator.*, *Hymnos*, *Versiculos*, *Antiph.*, *Resp.*, *Introitus*, *Kyrie*, *Grad.*, *Credo*, *Offertorium*, et quidquid in Lectorile canendum occurrit vel solummodo teneantur Beneficiati et Mansionarii? S. C. resp.: Negative quoad primam partem; affirmative ad secundam. n. 3920 ad 1 die 10. Decb. 1718.

Caeremoniarius ducit juniorem Canonicum . . . ad Legile paulo ante cum libro lectionum praeparatum in

Sanctorum, pro quibus propriae assignantur in Breviario Romano.

N. 4478 ad 3 die 19. Sept. 1801.

Ad dubium 1: Quum pro nonnullis Sanctis propriis Regni Hispaniarum, de quibus recitatur Officium ritu dupl. min., habeantur Lectiones I. Nocturni de Communi, pro aliis vero de Scriptura occurrente, quaeritur: quae certa regula sequi debeat quoad memoratas I. Nocturni Lectiones in Officiis duplicibus minoribus?

2. An quoad easdem Lectiones I. Nocturni in duplicibus minoribus standum sit dispositionibus Directorii vel Breviarii?

3. An licitum sit in duplicibus minoribus et etiam semiduplicibus Lectiones I. Nocturni pro lubito desumere vel de Communi vel de Scriptura, quando diversitas extat inter dispositionem Directorii et Breviarii?

4. An illa Festa, quae prius concessa fuere aliquibus Ecclesiis vel Dioecesibus cum Lectionibus I. Nocturni propriis vel de Communi, et deinde concessa fuit extensio pro omnibus Hispaniarum Regnis vel toto Clero cum Lectionibus propriis, retinere debeant Lectiones I. Nocturni proprias vel de Communi?

Emi. itaque ac Rmi. P . . . respondendum censuerunt:

Ad 1: Lectiones I. Nocturni in casu esse de Scriptura, nisi diversae in Indulto expresse assignentur“:

Ad 2: „Jam provisum in proximo.“

Ad 3 et 4: „Ut ad proximum.“

Atque ita rescribere ac servandum omnino mandarunt. n. 4787 ad VI—IX. Die 27. Aug. 1836.

LEGATUS APOST.

De ejus Sede, vd.: *Sedes Episcopi* (forma etc.); *Praeses*.

medio chori nudum, id est, sine aliquo panno vel coopertorio.

Caer. Ep. I. II. c. V. n. 4. 5.

Locatur (*in Sabb. s. ad cant. prophet.*) in medio chori vel presbyterii Legile nudum. *Ibid.* c. XXVII. n. 13. c. XXVIII. n. 5.

2) Ad cantandum Evangel. et Exultet.

Si in Ecclesia fuerint Legilia vel Ambones, in illis poterit cantari Evangel.; videlicet, si cantabitur in Legili, Subdiaconus stabit post illud, quod panno aureo vel serico coloris caeterorum paramentorum coopertum et ornatum esse debet, amplectens ipsum Legile et manibus hinc inde librum tangens; quod si cantabitur in ambone lapideo, ad quod per gradus ascenditur, tunc Subdiaconus assistet et ministrabit Diacono opportune, stans a latere ejus dextero, videlicet porrigens thuribulum et vertens folia libri Evangeliorum, si opus erit. *Caer. Ep. I. II. c. VIII. n. 45.*

Ambones, ubi Epistolae et Evangelia decantari solent, consentaneum est, pannis sericis ejusdem coloris, cujus sunt caetera paramenta, exornari, ita tamen, ut locus Evangelii pulchrius ornetur. *Caer. Ep. I. I. c. XII. n. 18.*

Praeparetur pulpitum (*ad Mandatum in Coena Dom.*) seu Legile pallio serico seu auriphrigiato coopertum, super quo Liber Evangelii ponatur, cum illud cantandum erit a latere sinistro Episcopi. *Caer. Ep. I. II. c. XXIV. n. 4.*

Apud Candelabrum pro cereo paschali destinatum et regulariter in cornu Evangelii collocandum vel alibi pro situ loci, locatur etiam Legile coopertum panno albo serico vel auriphrigiato *Ibid.* c. XXVII. n. 1. 10.

S. LEO P. C. ET E. D.

Benedictus PP. XIV.

Exempla sequentes aliorum Ro-

manorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum, qui praeter summos illos Ecclesiae Doctores alios etiam Sanctissimos Viros, qui eximia doctrinae laude in Ecclesia floruerunt, proprio Doctorum titulo et cultu honorandos esse decreverunt, Motu proprio et certa scientia ac de Apostolicae potestatis plenitudine volumus, praecipimus et mandamus, ut in Officii Divini Breviario in Festo S. Leonis Papae et Confessoris Antiphona ad Magnificat in utrisque Vesperis ponatur ea, quae incipit: *O Doctor optime*; in Missa autem dicatur Introitus: *In medio Ecclesiae*; et post Collectam subsequatur Lectio Libri Sapientiae: *Justus cor suum tradet*, cum Graduali ut in Communi Doctorum; post Evangelium vero dicatur Credo. Reliqua, ut in consueta Missa propria de Sancto Leone. Atque ita per omnes Ecclesias et respective ab omnibus et singulis, qui ad Divini Officii recitationem tenentur, perpetuo servandum statuimus et decernimus: Non obstantibus contrariis Rubricis, usibus et consuetudinibus, etiam expresse per Sedem Apostolicam approbatis et confirmatis aliisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Breve Bened. XIV. die 25. Oct. 1754. (Bull. r. t. XIX. p. 116.)

LEVATE.

Diaconus post Episcopum (in Parasc.) dicit: *Flectamus genua*, et omnes genuflectunt, excepto Episcopo, *Subdiaconus* vero post Diaconum dicit: *Levate*, et omnes surgunt. *Caer. Ep. I. II. c. XXV. n. 14. 21.*

Verba: *Flectamus genua* cum per Diaconum dicuntur, Episcopus assistens et alii, excepto Celebrante, genuflectunt; surgunt, cum per Subdiaconum dicitur *Levate*. *Ibid.* c. XXVI. n. 3. 7.

Diaconus assistens Episcopi a dexteris dicit (in *bened. candel. post Sep-*

tuag.) alta voce: *Flectamus etc.* et omnes genuflectunt, alter a sinistris: *Levate*, et omnes surgunt. *Ibid.* c. XVI. n. 13.

LIBERA ME.

(*In Absol. Def.*)

Vd.: *Absolutio* (ritus, decr. n. 4907.)

Ad dub.: An in Exequiis ad tumulum liceat cantoribus incipere R.: *Libera me etc.*, antequam sacerdos celebrans compleat legere ultimum evangel. missae et priusquam idem celebrans se exiit planeta et manipulo, ut se induat Pluviali ac se sistat in castro doloris? S. C. resp.: R. *Libera me etc.* canendum non esse nisi finita missa et conveniens esse, ut illud cantores incipiant, quum sacerdos fuerit pluviali indutus et Subdiaconus cum cruce ad pedes tumuli pervenerit, etiamsi castrum doloris adsit in medio chori. Die 7. Sept. 1861.

LIBRI.

a) Ecclesiastici (Approbatio.)

Vd.: *Missale* (approbatio.)

Ad dubium: Utrum liber, cui titulus: *Collectio, sive apparatus Absolutionum, Benedictionum, Conjuratum etc.*, auctore Bernardo Sannig sit prohibitus vigore Decreti seu regulae generalis Indicis? Aliqui enim affirmant, alii negant, immo omnes fere Sacerdotes hic et alibi illum adhibent, quamvis omni prorsus approbatione careat?

Et quid de aliis libris Benedictionum habentibus quidem aliquam approbationem, ast non illam istius Sacrorum Rituum Congregationis?

S. C. resp.: „Illi soli libri adhibendi, et in illis tantum Benedictionibus, quae Rituali Romano sunt conformes.“

N. 4681 ad 5 die 7. Apr. 1832.

Sanctorum Officia, concessionem, lec-

liones, orationes, antiph., respons., aliaque hujusmodi in posterum a Typographo Camerali dumtaxat imprimantur; et inhibetur omnibus Impressoribus seu Typographis tam in Urbe quam extra ubivis locorum, dicta Officia imprimere, nisi facultate in scriptis accepta ab Inquisitoribus haereticae pravitatis, si inibi fuerint, sin minus, a locorum Ordinariis, qui quidem facultatem hujusmodi non prius concedant, quam originale sumptum S. Congregationis vel exemplar Typographi Cameralis authenticum manu Secretarii ipsius S. C. et sigillo obsignatum ipsi exhibeatur, quod exemplar in nihilo prorsus immutatum nihilque in eo additum sive detractum in eo imprimi debeat. S. R. C. 11. Aug. 1691.

Novarien.

Eme. et Rme. Domine Observantissime. Sacrorum Rituum Congregationi supplex exhibitus fuit Libellus pro parte Sacerdotis Joseph De-Vecchi Caeremoniarum istius Cathedralis Novarien. et Rectoris Calendarii Dioecesis, qui advertens ab Anno 1788 ad hanc usque diem Breviaria, Horas Diurnas, Missalia, Officia parva Beatae Mariae Virginis, Officia Hebdomadae majoris, quae denuo praelo mandantur, non continere Ordinariorum attestations, quae declaratur, haec exemplaria concordare cum his, quae hic Romae sunt impressa ad tramites Bullarum Sancti Pii V., Clementis VIII., et Urbani VIII., quae in fronte Breviarii Romani reperiuntur, postulabat declarari: utrum etiam nunc servari debeant recensitae Constitutiones Pontificiae, et an transgressores poenas inibi inflictas incurrant praesertim ex eo, quod in praesentiarum nullus supersit dubitandi locus, quin emendata Exemplaria prae oculis in cuspide habeantur, eo vel magis, quod maxime

torquerentur conscientiae tum eorum, qui lucrum ex venditione librorum liturgicorum percipiunt, tum Ecclesiasticorum, qui illis uti debent, quum nullibi reperiantur hisce attestationibus muniti; proptereaque cupiebat demum concedi, ut sine ulla dubitatione, quis horum librorum usum sibi permittere valeret. Sacra vero Congregatio in Ordinario Coetu ad Vaticanum die inferius posita coadunata, audita relatione ab infrascripto Secretario facta, omnibus mature perpensis accurateque consideratis, Eminentiae Vestrae scribendum esse censuit ac declarari: „Pontificias Constitutiones in suo robore permanere, et ab usum non esse tollerandum: „Haec ejusdem Sacrae Congregationis mandata, lubentissimo animo, dum exequor, Eminentiae Vestrae manus humillime deosculor. Romae 7. Aprilis 1832. n. 4690.

Emo. et Rmo. D. Cardinali Episcopo Novariensi.

Hodiernus Secretarius Reverendissimi Namurcen. Episcopi Sacrorum Rituum Congregationi sequens proposuit dubium pro opportuna solutione, nimirum: In variis regionibus, ac praesertim in Gallia, Missalia et Breviaria, ac etiam Libri Liturgici imprimuntur absque licentia seu Ordinarii approbatione, quam, praeter Concilium Tridentinum omnino requirunt Constitutiones Clementis Papae VIII. atque Urbani Papae itidem VIII. Supponitur quod in Gallia aliisque hujusmodi regionibus Decretum Concilii Tridentini librorum approbationem requirens et praefatae Constitutiones Apostolicae usu non sint receptae, vel per usum contrarium vim obligationis amiserint. Hinc quaeritur: an hujusmodi Libros absque requisita Ordinarii licentia impressos liceat emere, penes se retinere iisque uti in Belgio aliisque Regionibus, ubi Decretum Concilii Tridentini et supramemoratae Constitutiones Apo-

stolicae communiter servantur. Et Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitibus ad Vaticanas Aedes hodierna die coadunata ad relationem infrascripti Secretarii respondendum censuit: *Non licere, nisi servatis Constitutionibus Apostolicis.* Die 16. Mart. 1833. n. 4701.

Ad dubium: An formulae benedictionum, quae inveniuntur in Libris ab Ordinariis tantum locorum et non ab Apostolica Sede approbatis, retinendae sint, adeo ut in benedictionibus perficiendis iisdem uti valeant Sacerdotes Cotta et Stola induti? S. C. resp.:

„Detur Decretum in Ariminen. diei 7. Aprilis 1832 ad Dubium V., nec aliae adhibeantur, dummodo non constet ab hac Sacra Congregatione fuisse approbatas.“

Die 23. Maji 1835. n. 4748 ad 9. *Ne imprimatur Breviar. Ord. Min. s. Franc. de Obs. sine facult. Generalis,* vd.: *Constit. Innoc. XII. die 21. Novb. 1696. (Bull. r. t. XII. p. 280.)*

b) Prohibiti.

De approb. indicis libr. prohibitorum a Pio IV. confirmati, vd.: *Constitutio Clem. VIII. die 17. Oct. 1595. (Bull. r. t. III. p. 56.) Revocatio licentiarum legendi etc.;* vd.: *Constit. Gregorii XV. die 30. Decbr. 1622. (Ibid. p. 493.)*

Urbanus P. Octavus.

Ad futuram rei memoriam.

Apostolatus Officium Nobis, nullo licet meritorum suffragio, divina providentia commissum postulat, ut ad ea vigilantiae nostrae parte propensius intendamus, per quae Religio cath., ubi divina gratia illaesa viget, conservetur, et ubi restitutione indiget, reparetur.

§. 1. Quapropter, cum librorum pro-

hibitorum lectio magno sincerae fidei cultoribus detrimento esse noscatur, et sicut accepimus, nimis excessiva sit, hujusmodi libros legendi licentiarum copia, Nos, ut huic malo mature occurratur et in posterum quam cautissime licentiae hujusmodi concedantur, quantum cum Domino possumus, providere volentes: motu proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione nostris deque ap. potestatis plenitudine, omnes et singulas licentias legendi et habendi libros quoscunque ob haeresim vel falsi dogmatis suspicionem seu per Constitutiones ap. etiam rationi astrologiae judiciariae vel alias quomodolibet prohibitos, quibuscunque personis laicis et eccles. tam saecularibus quam regul. cujuscunque Ordinis, Societatis et Instituti existentibus, a quacunque dignitate etiam ecclesiastica fulgentibus, cujuscunque status, gradus, conditionis, qualitatis et praeeminentiae, etiam speciali nota et mentione dignis ac per literas ap. ad tempus seu ad vitam et aliter quomodolibet et ex quacunque causa tam in forma Brevis quam aliter quomodocunque a praedecessoribus nostris rom. Pontificibus seu a quibuscunque aliis a Nobis vel ab eis facultatem et auctoritatem habentibus, non tamen a Nobismet ipsis per literas ap., etiam in forma Brevis seu chirographum manu nostra signatum, concessas, eorum tenores praesentibus pro expressis et insertis habentes, hac nostra perpetuo valitura constitutione revocamus, cassamus et annullamus ac pro revocatis, cassis et annullatis haberi nullique suffragari.

§. II. Quinimo libros per licentias hujusmodi permissos legentes aut habentes poenas in s. constitutionibus, Canonibus ap. et codicibus librorum prohib. contentas incurrere volumus et declaramus.

§. III. Decernentes, ut praesentes literae, postquam valvis Basilicarum

s. Joan. Lat. ac Principis Apostolorum de Urbe et Cancellariae ap. affixae fuerint, infra duos, citra montes, ultra vero montes, infra quatuor menses extunc proximos omnes et singulos, ad quos spectat, arctent et afficiant, perinde ac si unicuique personaliter intimatae fuissent, quodque dictis duobus et resp. quatuor mensibus durantibus, ii, qui libros prohibitos hujusmodi habuerint, eos ad Episcopum seu Inquisitorem, qui illos quanto citius comburere debeant, deferre; quique aliquos similes libros prohibitos habere sciverint, eos denunciare teneantur, neque de caetero similes licentiae, nisi a Congreg. s. Officii, dum singulis hebdomadis coram Nobis habetur, vel ab aliis per Nos etiam in eadem Congreg. specialiter deputandis concedantur.

Dat. Romae ap. s. Petrum sub anulo Pisc. die 2. Apr. 1631. Pontif. Nostri anno VIII.

Vd.: *Breve Alexd. VII. de die 5. Mart. 1664 in Bullar. mag. rom. tom VI. p. 203 (ed. Luxenburg 1727.)*

De facultate Congreg. Cardinal. tenendi etc. libros prohibitos etc. Vd.: *Breve Pii IV. diei 27. Aug. 1564 in Bull. mag. rom. tom. II. p. 119 (ed. Luxemb.); Breve Sixti V. 1. Febr. 1587, ibidem p. 669; Breve Leonis X. die 4. Maji 1516 de prohib. imprimendi libros absque approb. Vicarii Papae et Episcopi. Ibid. t. I. 554.*

Consultores Regul. inservientes indicis libr. proh. debent manere in Urbe, vd.: *Const. Bened. XIII. 21. Aug. 1727. (Bull. r. t. X. p. 291.) Methodus examinis ac proscriptionis librorum a S. C. Indicis observanda,* vd.: *Constit. Bened. XIV. de die 9. Jul. 1753. (Bull. r. t. XIX. p. 59.)*

LIMINA SS. AP. PETRI ET PAULI.

Vd.: *Visitat. Liminum.*

LINGUA VULGARIS.

(Cf. Cantus.)

Episcopum posse auctoritate hujus S. C. prohibere etiam Regularibus, ut cantent Laudes idiomate vulgari compositas. n. 765 die 7. Aug. 1628.

Non convenire sed omnino prohibendum, quod Regulares inter Missarum solennia canent laudes idiomate sermone compositas. n. 1129 die 12. Mart. 1639.

Ad petitionem recitandi Lytanas B. V. M. hispanico idiomate, S. C. resp.: *Nihil*. n. 1900 die 8. Junii 1658.

Potest Archiepiscopus prohibere ne in Cathedr. aliquid in vernacula lingua cantetur, quod non fuerit prius ab ipso seu Vicario gen. approbatum. n. 3370 ad 6 die 3. Sept. 1695; n. 3443 ad 3 die 31. Aug. 1697.

Non licere Ordinarium Missae et alios ss. rituum ordines in linguam vernaculam traducere et sic traductum ad usum fidelium Typis mandare, item approbationem ejusmodi operis non posse ab Episcopo concedi. Ex decr. S. R. C. a SS. Pio IX. approbato. 6. Junii 1857.

Vd.: *Instructio Clem. §. XXXI. n. 18. etc. Vetitum est Missale gallico idiomate imprimi*, vd.: *Missale* (idioma.) *Lytan. div.* (decr. S. C. Indicis.)

LITERAE.

1) Commendatitiae.

Vd.: *Sacerdos simulans* (Constit. Bened. XIV. de die 2. Aug. 1757 prima.)

2) Testimoniales.

Archipresbyter concedere potest litteras testimoniales super frequentatione Ecclesiae, nec non super exercitio functionum pro Ordinandis. n. 2869 ad 7 die 26. Novb. 1678.

LOTIO.

1) Manuum.

Vd.: Ablut. manuum Episcopi; *Gubern.* (praeem. decr. n. 2160); Lavabo.

2) Pedum in Coena Dom.

Vd.: *Mandatum*.

S. LUCAS EV.

Festum s. Lucae occurrens cum festo ss. Reliquiarum, vd.: *Festum ss. Reliquiar.* (transl. decr.; n. 4044.)

S. LUCIA.

1) Lectio nona.

In festo s. Luciae 13. Decbr. in Officio potest legi 9. l. ppr. de s. Judoco, de quo eo die in Dioecesi Bruggen. fit commemoratio. n. 4049 ad 6 die 23. Junii 1736. n. 4056 ad 6 die 16. Febr. 1737.

2) Octava.

Petiit civitas Syracus., ut celebrare valeret octavam s. Luciae, patronae minus principalis, etiam superveniente die 17. Decbr., saltem facta commem. de antiphonis majoribus. S. C. resp.: Servari rubricas Breviarii, ubi hoc expresse prohibetur. Die 11. Novb. 1643.

3) Vesperae.

Cf.: *Immacul. Concept. B. V. M.* (vesp., decr. n. 2428.)

S. LUDOVICUS.

1) Lectiones.

Festum s. Ludovici indultum de praecepto in Gallia esse sub ritu dupl. minor. tantum editis decretis die 15. Mart. 1608 et 28. Novb. 1609; propterea non esse dubitandum, quia recitari debeant Lectiones, quae assignantur de scriptura, approbatis ppr. 2. et 3. n. sub die 23. Febr. 1619. n. 3301 ad 10 die 10. Jan. 1693.

(De ejus Canonizatione vd.: *Bull. rom. tom. I. p. 175.*)

(De Canonizat. s. Ludovici, *Caroli Regis Siciliae filii, et Episcopi Tolosani* (19. Aug.) vd.: *Ibid.* p. 191.)

2) Oratio.

Corrigenda est Conclusio orationis in festo s. Ludovici regis et ejus loco dicendum est: *Qui tecum vivit et regnat etc.* n. 2656 ad 5 die 16. Sept. 1673.

LUMEN CHRISTI.

1) Amotio.

Lumen Christi expleta Sabb. s. functione removendum est ab Ecclesia. n. 4986 ad 5 die 7. Decb. 1844.

Ad dubium: In Sabbato Sancto Arundo cum tribus candelis, vulgo dicta *Lumen Christi*, amoveri solet ab Altari statim post Prophetias, quum Archiepiscopus accedit ad Ecclesiam benedictionem Fontis Pontificali more facturus, quae consuetudo retineri posse praesumitur; quamvis enim generatim praedicta Arundo removeatur dumtaxat post Missam, id non videtur praeceptivum, quum Rubricae omnino sileant. S. C. resp.: „Servari poterit peculiaris consuetudo, sed consulendum Sanctissimo.“ n. 4672 ad 19 die 12. Novbr. 1831.

2) Diaconus defert.

Vd.: *Benedictio ignis* (Officiator; decr. n. 4672); *Triangulum*.

LUMINA.

1) In cruce ad pariet. Ecclesiae posita.

Accendenda sunt lumina ante cruces positas in parietibus ea die, ad quam

transfertur celebratio Officii Dedicationis Ecclesiae. n. 2979 die 28. Febr. 1682.

2) Ad Evangel. cantand.

Cf.: *Candelab.*

Non deferantur lumina ad Evang. in missa defunct. *Caer. Ep. I. II. n. 6.* Ad Evangelium non portantur Lumina in sabbato sancto. *Caer. Ep. I. II. c. XXVII. n. 25.*

3) In Exequiis per triduum.

Placentina.

Ex parte Magistri caeremoniarum Cath. Ecclesiae Placentinae S. R. C. pro declaratione infrascripti Dubii demisse supplicatum fuit:

An in Feria VI. Parasceve, expleta hujus diei officiatura, solemnes exequiae supra cadaver cujusdam Monialis expositum in Ecclesia interiori libere celebrari possint a Sacerdotibus in Ecclesia exteriori, ut moris est, decantantibus mortuale Officium cum intortitiis accensis?

Et S. eadem R. C. audita prius informatione Episcopi, ad relationem Emi. et Rmi. D. Card. Zondadari respondendum censuit: „Negative per totum triduum, et Officium et Preces recitentur privatim.“

Et ita declaravit. Die 11. Aug. 1736. n. 4050.

Ad dubium: Utrum in secundo triduo major. hebdom. in funere ducendo cerei sunt accendendi? S. C. resp.: Detur decretum in Placentina diei 11. Aug. 1736. n. 5219 ad 1 die 21. Julii 1855.

Haeres defuncti ad suum libitum accipere potest quantitatem cerae. S. C. Ep. 5. Maji 1617.

4) In expos. SS. Sacramenti.

Vd.: *Expos. SS. Sacram.*